

Et ecce vigil et sanctus de caelo descendit (Dan. IV, 10), clamavit fortiter, et sic ait: Succidite arborem et praecidite ramos ejus: excutite folia ejus, et dispergite fructus ejus: fugiant bestiae quae subter eam sunt, et volucres de ramis ejus (Ibid., 11). Verum tamen germen radicem ejus in terra sinite (Ibid., 12).

Qui legit intelligat (Marc. XIII, 14):

Arborem quam vidisti sublimem, atque robustam (Dan. IV, 17), tu es qui magnificatus es, et invaluiti (Ibid., 19). Porro Deum qui habet statum tuum in manu sua, et omnes vias tuas, non glorificasti (Id., V, 25): non humiliasti cor tuum cum scires haec omnia (Ibid., 22): sed adversum dominatorem caeli elevatus es (Ibid., 25).

Succidite arborem, et dissipate illam (Id., IV, 20): haec est interpretatio sententiae Altissimi (Ibid., 21).

Succidite arborem:

Ejicient te ab hominibus (Ibid., 22), de numero fratrum tuorum (Deut. XVII, 15), et cum bestis ferisque erit habitatio tua (Dan. IV, 22). Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis (Ps. XLVIII, 15).

Succidite arborem, et dissipate illam:

Tolleat omnes labores tuos (Ezech. XXIII, 29), labores sine fructu, et inutilia opera (Sap. III, 11).

Quod autem precepit ut relinquere tur germen radicem ejus, id est, arboris (Dan. IV, 25): admoceo te, ut resuscites gratiam Dei quae in te est (II Tim. I, 6).

II CHARACTER.

SUMMARYUM. — Religiosus peccator occultus. Hujus figura est oliva fructifera, quae consumpta est ab igne intus suscepto. Hanc sibi religiosus figuram convenire agnoscit, et dolet.

Haec dicit Dominus (Jer. XI, 41): Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Numquid carnes sanctae auferent a te malitias tuas in quibus gloriosa es (Ibid., 45)? Olivam uberem pulchram, fructiferam, speciosam, vocavit Dominus nomen tuum: ad vocem loquelae, grandis exarsit ignis in ea, et combusta sunt fructua ejus (Ibid., 16). Et Dominus exercituum, qui plantavit te, locutus est super te malum (Ibid., 17).

Quis est vir sapiens, qui intelligat hoc, ad quem verbum oris Domini fiat (Id., IX, 12).

Te is ille vir (I Reg. XII, 7): sic exarsisti (Gen. XXXI, 36): sic facta sunt tibi, in quibuscumque laboraveras (Isai. XLVII, 15).

Tu autem, Domine, demonstrasti mihi, et cognovi (Jer. XI, 48). Ad te, Domine, clamabo: quia ignis comedit speciosam deserti (Joel. I, 49). O Domine, libera animam meam (Ps. CXIV, 4): ne penitus pereat (II Reg. XIV, 14).

III CHARACTER.

SUMMARYUM. — Religiosus vocatus bonis operibus et meritis: ejus est figura ficus infructuosa. Hanc sibi fi-

guram applicat religiosus. Deus vocavit illum ad religionem: non vixit religiose. Mortem illi aut derefictionem intulit Deus, quasi obstupescens quod tam sanctum locum occupet; rogante tamen sancto patrone ante angelo, concedit illi Deus adhuc annum unum ad poenitentiam; unde religiosus concludit poenitentiam esse.

Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, et venit quarens fructum in illa, et non invenit (Luc. XIII, 6). Dixit autem ad cultorem vineae: Ecce anni tres sunt ex quo venio quarens fructum in ficulnea hac, et non invenio: succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat (Ibid., 7)? At ille respondens dicit illi: Domine, dimitte illam et hoc anno, usque dum fodiam circa illam, et mittam stercoam (Ib., 8): et siquidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam (Ibid., 9).

Ab arbore autem fici discite parabolam (Math. XXIV, 52). Qui legit intelligat (Ibid., 15).

Deus gloriae (Act. VII, 2, 5) dixit ad illum: Exi de terra tua, et de cognatione tua, et veni in terram quam monstravero tibi.

Transtulit illum in terram istam (Ibid., 4), in locum sanctum (II Mac. II, 48), ut operaretur, et custodiret illum (Gen. II, 15), ut fructum plus afferat (Joan. XV, 2).

In omnibus est inutilis (Sap. XIII, 10):

Animae suae inutilis (Eccl. XXXVII, 21):

Quasi stirps inutilis (Isai. XIV, 1, 9).

Ut quid etiam terram occupat?

Haec dicit Dominus: Ecce quos edificavi, ego destruo: et quos plantavi, ego evello (Jer. XLV, 4). Inutilem servum ejicite in tenebras exteriores (Math. XXV, 30). Obliviscatur ejus misericordia: dulcedo illius vermes: non sit in recordatione, sed coneratur quasi lignum infructuosum (Job. XXIV, 20).

Ut quid etiam terram occupat?

Terram bonam, terram rivorum aquarumque et fontium (Deut. VIII, 7): olei ac mellis (IV Reg. XVIII, 52):

Terram frumenti et vini (Isai. XXXVI, 17): terram desiderabilem, haereditatem praecalam (Jer. III, 19):

Terram fluentem lacte et melle, praecipuum terram omnium (Ezech. XX, 15).

Coneratur quasi lignum infructuosum:

Ut quid etiam terram occupat?

Et audivi unum de sanctis loquentem, et dixit: Domine, dimitte et hoc anno (Dan. VIII, 15).

Dedit ei Deus locum poenitentiae (Job. XXIV, 25).

Et hoc anno: Tempus breve est (I Cor. VII, 29).

Et hoc anno: Tempus non erit amplius (Apoc. X, 7).

Et hoc anno: Putasne intelligis quae legis (Act. VIII, 50)?

Et hoc anno: Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem (Eccl. V, 8): subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictae disperdet te (Ibid., 9).

IV CHARACTER.

SUMMARYUM. — Religiosus derelictus a Deo; istius figura est infructuosa ficus a Christo maledicta et continuo arefacta. In hac figura se agnoscit religiosus, quod in hunc statum incidit, dolet: unde ita factum sit, inquit: nemp quod non foverit gratiam in se, et derelictus fuerit a Deo; sensit difficultatem maximum convertentis se ad Deum; se tamen ad spem excitat, et gratiam conversionis petit, promittendo meliorem vitam.

Jesus (Math. XXI, 16) esuriit (Ibid., 18), et videns fici arborem unam secus viam, venit ad eam: et nihil invenit in ea, nisi folia tantum, et ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempternum. Et arefacta est continuo ficulnea (Ibid., 19). Et videntes discipuli, mirati sunt dicentes: Quomodo continuo aruit (Ibid., 20).

Qui habet aures audiendi audiat (Luc. VIII, 8).

Haec dicit Dominus ad me (Isai. XXVIII, 4):

Ecce ego lignum aridum (Id., LVI, 5).

Vae mihi, quia defecit anima mea (Jer. IV, 51); dereliquit me virtus mea; et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum (Ps. XXXVII, 41). Perensus sum ut foenum, et aruit cor meum (Ps. CI, 5).

Quomodo continuo aruit?

Aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum (Ibid.).

Quomodo continuo aruit?

Deus recessit a me (I Reg. XXVIII, 15). Destruit me undique, et pereo, et quasi evulsa arbori abstulit spem meam (Job. XIX, 10).

TRES MEDITATIONES DE PECCATO.

PRIMA MEDITATIO.

De atrocitate peccati mortalis considerati ut est contemptus Dei.

PRIMUM PUNCTUM. — Consideratur contemptus Dei in seipso.

SUMMARYUM. — Deus de illo contemptu queritur ejusque naturam explicat. Idipsum est Deum derelinquere, ab illo elongare, ipsum expellere, inutilem habere, contra ipsum rebellare, illi praeferre creaturam. Idipsum est agere cum Deo alia ratione ac utuntur homines rationis compotes cum hominibus, populi excaecati cum suis falsis diis, etiamque animantes cum hominibus.

Obstupescite caeli super hoc, et portae ejus desolamini vehementer, dicit Dominus (Jer. II, 12); Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquae viva, et foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas (Ibid., 15).

Me dereliquerunt. Elongaverunt a me (Ibid., 5). Dixerunt: Recede a nobis, et scientiam viarum tuarum nolumus (Job. XXI, 14). Quis est omnipotens,

Ecco ego lignum aridum, lignum aridum in eremo (Eccl. VI, 5). Desperavi, nequaquam ultra vivam (Job. VII, 16). Collocavit me in obscuris sicut mortuos saeculi (Ps. CXLII, 5).

Non desperes, est enim regressus (Eccl. XXII, 26).

Haec dicit Dominus Deus (Ezech. XVII, 22): Scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliavi lignum sublime, et exaltavi lignum humile: et siccavi lignum viride, et frondere feci lignum aridum (Ibid., 24).

Non desperes: Lignum habet spem: si praecisum fuerit, rursus virescit, et rami ejus pullulant (Job. XIV, 7). Si senerit in terra radix ejus, et in pulvere emortuus fuerit truncus illius (Ibid., 8), ad odorem aquae germinabit, et faciet comam, quasi cum primum plantatum est (Ibid., 9).

Ego lignum aridum: Rore caeli tingatur, ad odorem aquae germinabit (Dan. IV, 12).

Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum? et plorabo die ac nocte. Ad odorem aquae germinabit lignum aridum in eremo (Jer. IX, 1). Quis dabit? Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus (Ps. LXXI, 18).

Domine, da mihi hanc aquam (Joan. IV, 15).

Ego lignum aridum: Ad odorem aquae germinabit.

Domine, da mihi hanc aquam.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi (Ps. CXLII, 6). Velociter exaudi me, Domine: defecit spiritus meus (Ibid., 7).

Dominus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum (Ps. LXXXIV, 15).

ut serviamus ei? et quid nobis prodest si oraverimus illum (Ibid., 15)?

Popule stulte et insipiens (Deut. XXXII, 6), a saeculo confregisti jugum meum, rupisti vincula mea, et dixisti: Non serviam (Jer. II, 20).

Oderunt me (Ezod. XX, 5): et servierunt creaturae potius quam Creatori (Rom. I, 25). Quasi de industria recesserunt ab eo, et omnes vias ejus intelligere noluerunt (Job. XXXIV, 27).

Obstupescite caeli super hoc.

Filius honorat patrem, et servus Dominum suum: si ergo pater ego sum, ubi est honor meus (Mat. I, 6)? Filios enutrivit, et exaltavit; ipsi autem spreverunt me (Isai. I, 2). Si Dominus ego sum, ubi est timor meus (Mat. I, 6)? Dixistis: Vanus est qui servit Deo (Id., III, 14).

Transite ad insulas Cethim, et videte: et in Cedar mittite, et considerate vehementer: et videte si factum est hujusmodi (Jer. II, 10): si mutavit geros deos suos, et certe ipsi non sunt dii: populus vero meus mutavit gloriam suam in idolum (Ibid., 11).

Obstupescite caeli super hoc.

Cognovit bos possessorem suum, et asinus pra-

sepe domini sui : Israel autem me non cognovit, et populus meus non intellexit (Isai. I, 5). Vae genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis : dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum (Ibid., 4).

II PUNCTUM. — Consideratur contemptus Dei in peccato, ut spectat ipsum hominem.

SUMMARIUM. — Expendit homo vilitatem suam, simul et audaciam, qua noluit Deo servire; ac super hoc seipsum confundit.

O homo, tu quis es, qui respondeas Deo (Rom. IX, 20) ?

Ergone credibile est (II Par. VI, 18) ? Adversum dominatorem caeli elevatus es : et dixisti : Non serviam (Dan. V, 25).

O homo tu quis es ? Terra et cinis (Eccli. X, 9) : Testa de samsis terrae (Isai. XLV, 9) : Caro (Ps. LXXVII, 59) : Caro immunda (Ezech. IV, 14) : Caro sicut foenum (Eccli. XIV, 18) : Putredo (Job. XIII, 28) : Folium quod vento rapitur (Ibid., 25) : Vapor ad modicum parens, et deinceps exterminabitur (Jac. IV, 15).

O homo, tu quis es ? Homo infirmus, et exigui temporis, et minor ad intellectum (Sup. IX, 5) : homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis (Job. XIV, 1) : qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet (Ibid., 2).

Pulvis es, et in pulverem reverteris (Gen. III, 19) : Et dixisti : Non serviam ;

Adversum dominatorem caeli elevatus es.

Ergone credibile est ?

III PUNCTUM. — Consideratur Dei contemptus, ut ipsum spectat Deum.

SUMMARIUM. — Peccatum opponitur Dei infinitae majestati, perfectionibus, gloriae, beneficiis, promissis, muneribus, sed imprimis amori.

Ausculta haec : sta, et considera mirabilia Dei (Job. XXXVII, 14). Condemnabit te os tuum (Id., XV, 6). Ecce gentes quasi stilla stulae, et quasi momentum staterae reputatae sunt : ecce insulae quasi pulvis exiguis (Isai. XL, 15), et Libanus non sufficiet ad succedendum, et animalia ejus non sufficient ad hoccaendum (Ibid., 16). Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, et quasi nihilum et inane reputatae sunt ei (Ibid., 17) :

Et dixisti : Non serviam.

Magnus est, et non habet finem : excelsus et imensus (Bar. III, 25) : terribilis et fortis, justus et misericors (II Macc. I, 24) : beatus et solus potens (Ibid., 24), qui solus habet immortalitatem (I Tim. VI, 15, 16) : habitans aeternitatem (Isai. LVII, 15). Sanctum et terribile nomen ejus (Ps. CX, 9), et sapientiae ejus non est numerus (Ps. CXLVI, 5) ;

Et dixisti : Non serviam.

Universa propter semetipsum operatus est Dominus (Prov. XVI, 4) ; plena est omnis terra gloria ejus

(Isai. VI, 3) ; magna opera Domini : exquisita in omnibus voluntatibus ejus (Ps. CX, 2) ;

Et dixisti : Non serviam.

Quid dignum poterit esse beneficiis ejus (Tob. XII, 2) ? Quanta fecit animae meae (Ps. LXXV, 16). I Qualem caritatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur, et simus (I Joan. III, 4). Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, et omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam (Joan. III, 16), per sanguinem ejus (Col. I, 14).

Et dixisti : Non serviam.

Nullus ei similis in legislatoribus (Job. XXXVI, 22). Lex Domini immaculata convertens animas (Ps. XVIII, 8). Gratiam et gloriam dabit (Ps. LXXXIII, 42) ; Oculis non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae preparavit Deus iis qui diligunt illum (I Cor. II, 9).

Et dixisti : Non serviam.

Deus, cujus ire nemo resistere potest, et sub quo curvantur qui portant orbem (Job. IX, 15) ; non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum (Prov. XXI, 30) ; potest et animam, et corpus perdere in gehennam (Math. X, 28).

Et dixisti : Non serviam.

Deus claritas est : et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo. Et hoc mandatum habemus a Deo (I Joan. IV, 16, 21) : Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua (Math. XXII, 37, 38). Hoc est maximum et primum mandatum ; haec est enim claritas Dei, ut mandata ejus custodiamus : et mandata ejus gravia non sunt (I Joan. V, 3) ; omnis enim lex in uno sermone impletur : Diliges (Gal. V, 14).

Diligis. Jugum suave ! (Math. II, 50.)

Dicit tibi Magister (Luc. XXII, 11) : Præbe, fili mi, cor tuum mihi (Prov. XXIII, 26). Si scires donum Dei, et quis est, qui dicit tibi : Præbe cor tuum mihi ! (Joan. IV, 10.) Et dixisti : Nequaquam faciam ; adnavi quippe alienos, et post eos ambulabo. Et dixisti : Non serviam (Jer. II, 25).

Stulte igitur egisti (II Par. XVI, 9). Justum est subditum esse Deo, et mortalem non paria Deo sentire (II Macc. IX, 12). Obedire oportet Deo magis quam hominibus (Act. V, 29). Nonne Deo subjecta erit anima mea ? Ab ipso enim salutare meum (Psal. LXXI, 2, 5) ; nam et ipse Deus meus, et salutaris meus, susceptor meus, non movebor amplius (1).

II MEDITATIO.

De atrocitate peccati mortalis considerati ut contemptus Dei.

PRIMUM PUNCTUM. — De causa tam horridi contemptus.

SUMMARIUM. — Hujus contemptus universa causa est aversio a Deo et conversio ad creaturam ; nihil vero quidquam ex parte Dei. Qui anteponit creaturam Deo, anteponit aquae vivae aquam turbidam, veritatis mendaciam.

(1) Possunt etiam huc referri primae consideratione et affectiones, quae habentur in tertiouncto sequentis meditationis.

ciam ; nihilum omni bono, pura levitia turpem tristitiam ; agnoscit iniquitatem suam qua nihilum comparavit et anteponit Deo, et illi dat gloriam confitendo, nihil posse ei comparari.

Expostulatio Dei cum peccatore.

Obstupescite, caeli, super hoc, et porta ejus desolamini vehementer. Duo enim mala fecit populus meus : me dereliquerunt fontem aquae vivae, et foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quos continere non valent aquas (Jer. II, 12, 15).

Quid invenerunt in me iniquitatis, quia elongaverunt a me, et ambulaverunt post vanitatem, et vani facti sunt ? Et non dixerunt : Ubi est Dominus (Ibid., 5, 6).

Popule meus, quid feci tibi (Mich. VI, 3), aut quid molestus fui tibi ? Responde mihi. Cui comparastis me, et adaequastis, et comparastis me ? (Isai. XLVI, 5.)

Cui comparastis me ? me fontem aquae vivae, aquae salientis in vitam aeternam. Popule meus, quid feci tibi ? (Joan. IV, 14.) Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, ut bibas aquam turbidam ? Et quid tibi cum via Assyriorum, ut bibas aquam fluminis ? (Jer. II, 18.) Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum : qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum (Joan. IV, 15).

Dereliquisti Dominum Deum tuum (Jer. II, 17). Adversum dominatorem caeli elevatus es (Dan. V, 25). Et haec est causa rebellionis adversus eum (III Reg. XI, 27).

Cui comparastis me fontem sapientiae ? (Bar. III, 12.) Ut quid diligitis vanitatem, et quaeritis mendacium ? (Ps. IV, 5.) Usquequo, parvuli, diligitis infantiam, et stulti ea quae sibi sunt noxia cupiunt, et imprudenter odibunt sapientiam ? (Prov. I, 22.) Dilixerunt homines magis tenebras quam lucem (Joan. III, 19) : fuerunt rebelles lumini (Job. XXIV, 15) : adversus Dominum rebellaverunt. Et haec est causa rebellionis adversus eum (Num. XXVI, 9).

Cui comparastis me ? omne bonum ? (Exod. XXXIII, 49.) Mecum sunt divitiae, et gloria, opes superbae et justitia (Prov. VIII, 18).

Cui comparastis me ? Qui latamini in nihilo (Amos VI, 44).

Vani filii hominum (Ps. LXI, 40) : elongaverunt a me (Jer. II, 5) ; abierunt alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam (Math. XXII, 5) ; iste et pro buccella panis deserit veritatem (Prov. XXVIII, 21). Et violabant me propter pugillum hordei, et fragmen panis (Ezech. XIII, 19) ; et non dixerunt : Ubi est Dominus ? (Jer. II, 6.)

Et haec est causa rebellionis adversus eum. Dormierunt somnum suum : et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis (Ps. LXXV, 6).

Cui comparastis me ? Deliciae meae, esse cum filiis hominum (Prov. VIII, 31) ; ut gaudium vestrum sit plenum (Joan. XVI, 24, 22) : gaudium vestrum nemo tollit a vobis. Cui comparastis me ? (Rom. VI, 21.)

Quem ergo fructum habuistis in illis in quibus nunc

erubescitis ? (Osee. IX, 40.) Abalienati sunt in confusionem, et facti sunt abominabiles, sicut ea quae dilexerunt (Jer. 9, 14) : abierunt post pravitatem cordis sui (Th. III, 5), servientes desiderii et voluptatibus variis. Noluerunt obedire Domino Deo suo (IV Reg. XVII, 14).

Et haec est causa rebellionis adversus eum.

Obstupescite, caeli, super hoc, et porta ejus desolamini vehementer.

Humilis responsio peccatoris ad hanc expostulationem Dei.

Ingenisco ego (Th. I, 21) : contritus sum, et contristatus, stupor obtinuit me (Jer. VIII, 21). Ad me ipsum anima mea conturbata est (Ps. XLI, 7) : quoniam adversus Dominum rebellis fui (Num. XV, 50).

Pro nihilo (Ps. CV, 25).

Mendaces filii hominum in stateris (Ps. LXI, 10). Domine, qui similis tibi ? (Ps. XXXIV, 10.) Sprevisi omnes discedentes a iudiciis tuis : quia injusta cogitatio eorum (Ps. CXVIII, 418).

Injusta.

Quia cum cognovissent Deum non sicut Deum glorificaverunt, et servierunt creaturae potius quam Creatori, pro nihilo (Rom. I, 21, 25).

Pro nihilo.

Quid tale facere potui ? (Judic. VIII, 3.)

Pro nihilo.

Domine Deus, tu coepisti ostendere servo tuo magnitudinem tuam, manunquae fortissimam ; neque enim est alius Deus, vel in caelo, vel in terra, qui possit facere opera tua, et comparari fortitudini tuae (Deut. III, 24).

Magnus Dominus et laudabilis nimis : et magnitudinis ejus non est finis (Ps. CXLIV, 5).

Major est Deus corde nostro (I Joan. III, 20), et omnia quae desiderantur huic non valent comparari (Prov. III, 1) ; infinitus enim thesaurus est hominibus (Sap. VII, 15).

II PUNCTUM. — De poena peccatoris Deum contententis.

Poena quam intental Deus peccatori, non minor est quam derelinqui ab eo.

Dereliquisti Dominum Deum tuum : argnet te malitia tua, et aversio tua increpabit te ; scito et vide, quia malum et amarum est reliquiste te Dominum Deum tuum, et non esse timorem mei apud te, dicit Dominus (Jer. II, 17, 19).

Qui contemnant me, erunt ignobiles (I Reg. II, 50). Vae qui spernis, nonne et ipse sperneris ? Cum fatigatus desideris contemneres, contemneris (Isai. XXXIII, 4). Dicebant : Recede a nobis (Job. XXII, 17). Sed et vae eis, cum recessero ab eis (Osee. IX, 12). Iniquitates vestrae dividerunt inter vos et Deum vestrum, et peccata vestra absconderunt faciem ejus a vobis ne exaudiat (Isai. LIX, 2).

Vos non populus meus, et ego non ero vester (Osee. I, 9).

Vos non populus meus, et sine Deo in hoc mundo (Ephes. II, 12).

IN PUNCTUM. — *Varie considerationes et affectiones huic meditationi adscribendæ pro vario meditantis statu.*

Primæ considerationes et affectiones de timore et fuga peccati.

SUMMARIUM. — *Pro peccatore iam justificato ad imitationem Jesu Siracidae, Tobie, principum Ruben, Gad, etc., Joseph in tentatione, Eleazari, Susannæ.*

Quasi a facie colubri fuge peccata (Ecclesi. XXI, 2). Pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus si timerimus Deum, et recesserimus ab omni peccato, et fecerimus bene (Tob. IV, 25).

Abstine a nobis hoc scelus, ut recedamus a Domino, et ejus vestigia relinquamus (Jos. XXII, 29).

Ece Dominus meus, omnibus mihi traditis, ignora quid habeat in domo sua: nec quidquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, que uxor ejus est: quomodo ergo possum hoc malum facere et peccare in Deum meum? Hujusmodi verbi per singulos dies recusabat stuprum (Gen. XXXIX, 8, 9, 10).

Ille gloriosissimam mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntarie præbat ad supplicium. Destinavit non admittere illicita propter vitæ amorem. Rogabant ut simularetur manducasse, sicut rex imperaverat, de sacrificii carnis. At ille respondit cito, dicens, se præmitti velle in infernum (II Mac. VI, 19, 20, 21, 25): nam, etsi in præsentem tempore supplicis hominum eripiar, sed manum Omnipotentis nec vivus, nec defunctus effugiam. Quamobrem fortiter vita excedendo, senectute quidem dignus apparebo. Adolescentium autem exemplum forte relinquam, si prompto animo ac fortiter pro gravissimis et sanctissimis legibus honesta morte perungar. Sed cum plagis percuteretur, ingemuit, et dixit: Domine, qui habes sanctam scientiam, manifeste tu scis, quia, cum a morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores: secundum animam vero propter timorem tuum libenter hæc patior (Ibid., 27, 28, 30).

Angustia sunt mihi undique: si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini (Dan. XIII, 22, 25).

Secundæ considerationes et affectiones.

SUMMARIUM. — *Pro peccatore metuente ne derelinquatur a Deo. Prima hujus peccatoris cautio, justitia Dei timor, quo moderatur nimiam suam fiduciam in ejus misericordiam. Secunda cautio, oratio, qua suppliciter rogat Deum ne suas subtrahat gratias.*

Deum qui te genuit dereliquisti, et oblitus es Domini creatoris tui. Vidit Dominus, et ad iracundiam provocatus est (Deut. XXXII, 18, 19). Propterea Deus destruet te in finem; evellat te, et emigrabit te de tabernaculo tuo; et radicem tuam de terra viventium (Ps. LI, 7).

Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui, et ne dixeris: Quomodo potui? aut quis me subjecit propter facta mea? Deus enim vindicam vindicabit (Ecclesi. V, 2, 3).

Ne dixeris: Peccavi, et quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor (Ibid., 4).

De propitiatio peccato non esse sine metu, neque adicias peccatum super peccatum, et ne dicas: Misericordia Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur; misericordia enim et ira ab illo cito proxima, et in peccatores respicit ira illius (Ibid., 5, 7).

Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem; subito enim venit ira illius, et in tempore vindictæ disperdet te (Ibid., 8, 9).

Convertere ad Dominum, et relinque peccata tua; precare ante faciem Domini (Id., XVII, 21, 22).

Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me (Ps. XXXVII, 2): ne avertas faciem tuam a me: ne declines in ira a servo tuo; adiutor meus esto: ne derelinquas me, neque despicias me, Deus salutaris meus (Ps. XXVI, 9).

Ne derelinquas me, Domine, Deus meus: ne discesseris a me (Id. XXXVII, 22): et ne adinversum ignorantiæ mex, et multiplicentur delicta mea, et peccata mea abundant (Ecclesi. XXIII, 5).

Ece homo qui non posuit Deum adiutorem suum (Ps. LI, 9): dereliquit Deum factorem suum, et recessit a Deo salutari suo (Deut. XXXII, 15).

Multi dicunt animæ mex: Non est alius ipse in Deo ejus. Tu autem, Domine, susceptor meus es (Ps. III, 5, 4).

Domine, spes mea a juventute mea: ne proicias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me; quia dixerunt inimici mei mihi: et qui custodiabant animam meam, consilium fecerunt in unum, dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini et comprehendite eum: quia non est qui eripiat (Id. LXX, 5, 9-11).

Deus, ne elongeris a me: Deus meus in auxilium meum respice. Confundantur et deficiant detrahentes animæ mex: operiantur confusione et pudore qui querunt mala mihi (Ibid., 12, 15).

Deus, docuisti me a juventute mea: et usque nunc pronuntio mirabilia tua. Deus, ne derelinquas me (Ibid., 17, 18).

Tertiæ considerationes et affectiones.

SUMMARIUM. — *Pro peccatore metuente ne jam sit a Deo derelictus. Peccator miserum suum statum exponit Deo, quem Deus illi imputat; ingemiscit super miseria sua qua Deus illum acris stimulat; postulat a Deo causam suæ derelictionis; Deus vero ipsam illi declarat ejusque naturam explicat, et mala consequentia; tamen ut peccata possit vitare desiderat Deum, vitari autem posse negot sine sua ope. Peccator hanc gratiam ferventi oratione a Deo petit, eamque sibi mereri velle se proficitur, licet incertus an sit illum impetraturus.*

Colloquium peccatoris cum Deo.

Peccator.

Salvum me fac, Deus: quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam (Ps. LXVIII, 2, 3). Infusus sum in limo profundi: et non est substantia; veni in altitudinem maris: et tempestas demersit me: dum dicebam mihi quotidie: Ubi est Deus tuus (Ps. XLI, 4)?

Deus.

Numquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam? Et nunc quid tibi vis (Jer. II, 17, 12).

Peccator.

Quare oblitus es mei? Dum dicebam mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? Quare tristis es, anima mea? et quare conturbas me (Ps. XLI, 10, 11, 12)?

Deus.

Arguet te malitia tua, et aversio tua intrepabit te. Scio, et vide, quia malum et amarum est reliquisse Dominum Deum tuum (Jer. II, 19).

Peccator.

Exurge, quare obdormis, Domine? Exurge, et ne repellas in finem. Quare faciem tuam avertis, oblivisceris inopie nostræ, et tribulationis nostræ (Ps. XLIII, 25, 24)? Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me inimicum tuum (Job. XIII, 24)?

Dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum (Ps. XXXVII, 41), cor meum dereliquit me (Ps. XXXIX, 15); dereliquit me Dominus, et Dominus oblitus est mei (Isai. XLIX, 14); desit me Dominus in manu de qua non potero surgere (Thr. I, 14). Deus, Deus meus, respice in me: quare me dereliquisti (Ps. XXI, 2)?

Deus.

Quid vultis mecum judicio contendere? omnes dereliquistis me (Jer. II, 29); contempsistis imperium Domini Dei vestri, et non credidistis ei, neque vocem ejus audire voluistis: sed semper fuistis rebelles (Deut. IX, 25, 24).

Videte contemptores, et admiramini (Act. XIII, 41).

Vos non populus meus, et ego non ero vester (Osce. I, 9).

Vos non populus meus. Facti estis quasi torris raptus ab incendio (Aios IV, 11): hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, et sine Deo in hoc mundo (Ephes. II, 12).

Vos non populus meus. Ex patre diabolo esis (Jean. VIII, 44), generatio perversa, infideles filii (Deut. XXXII, 20), servi inutiles (Lucæ XVII, 10), gens absque consilio et sine prudentia, Et sine Deo in hoc mundo (Deut. XXXII, 28).

Ego non ero vester; quia vocavi, et renuistis: extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret; despicistis omne consilium meum, et increpationes

meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, et subsannabo, cum vobis id, quod timebatis, advenerit: cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio, et angustia: tunc invocabunt me, et ego non exaudiam (Prov. I, 24-28).

Et ego non ero vester.

Abscondam faciem meam ab eis, et considerabo novissima eorum. Ignis succensus est in furore meo, et ardebit usque ad inferni novissima. Congregabo super eos mala, et sagittas meas implebo in eis (Deut. XXXII, 20, 22, 25).

Utinam saperent et intelligerent, ac novissima providerent. Mea est ultio, et ego retribuam in tempore, ut labatur pes eorum (Ibid., 29, 35): juxta est dies perditionis, et adesce festinant tempora. Ubi sunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam? Surgant, et opulentur vobis, et in necessitate vos protegant. Videte quod ego sum solus, et non sit alius Deus præter me (Ibid., 37-39).

Ego occidam, et ego vivere faciam: percussim, et ego sanabo; et non est qui de manu mea possit erucere.

Peccator.

Ego occidam, et ego vivere faciam.

Etiam Domine (Matth. XV, 27).

Oblivioni datus sum, tanquam mortuus a cordo (Ps. XXX, 15). Miserere mei, et resuscita me. (Ps. XI, 11).

Percussim, et ego sanabo.

Etiam Domine.

Percussus sum (Ps. CI, 5): quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, et confirmasti super me manum tuam (Ps. XXXVII, 5). Sana me, Domine, et sanabor: salvum me fac, et salvus ero (Jer., XVII, 14).

Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum (Ps. VI, 2, 3, 4): sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea, et anima mea turbata est valde: sed tu Domine usquequo? Numquid irasceris in perpetuum (Jer. III, 5).

Usquequo non parcis mihi (Job. VII, 19)? Deus iudex justus, fortis, et patiens: numquid irascitur per singulos dies (Ps. XVI, 12)?

Domine, quando respicies (Ps. XXXIV, 17)?

Domine, ad adjuvandum me festina (Ps. LXXII, 2): nescio enim quando subsistam, et si post modicum tollat me factor meus (Job. XXXII, 22). Festina. Ece nunc in pulvere dormiam, et si mane me quaesieris non subsistam (Id., VII, 11). Accelera ut eruas me (Ps. XXX, 5).

Festina; quia repleta est malis anima mea: et vita mea in inferno appropinquavit (Ps. LXXXVII, 4): Domine ne moreris; vita mea in inferno appropinquavit (Ps. LXIX, 6).

Deus iudex justus, fortis, et patiens (Ps. VII, 12). Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso peniteamus; non enim quasi homo, sic Deus comminabitur, neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabi-

tar. Et ideo humillemus illi animas nostras, et in spiritu constituti humiliati, servientes illi, dicamus spiritui Domino, ut secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam (*Judith VIII, 14-17*).

Expectemus humiles consolationem ejus (*Ibid. 20*). Quis scilicet convertatur, et ignoscat Deus: et revertatur a furore ire suae, et non peribimus (*Jon. III, 9*)? Expectemus a Domino misericordiam? forsitan enim indignationem suam abscondit (*Judith VII, 23, 24*). Benignus et misericors est, patiens et multa misericordiae, et prestabilis super malitia. Quis scit si convertatur, et ignoscat, et relinquit post se benedictionem (*Joel II, 15, 14*)?

III MEDITATIO.

De multitudine peccatorum.

Ad preparationem confessionis generalis.

PRIMUM PUNCTUM. — *Examen conscientiae ad confessionem.*

SUMMARYUM. — Peccator sinit se praesentem Deo: sentit difficultatem hujus examinis; ad quod agnoscit necessitatem superae opis, illam petit enixe. Tum ad se reversus, excutit conscientiam per singula peccata. Quod alio tempore diligentius praestandum erit pro necessitate cuiusque.

Scrutemur vias nostras, et quaeramus, et revertamur ad Dominum: levemus corda nostra cum manibus ad Dominum in caelos (*Ther. III, 40, 41*);

Delicta quis intelligit (*Ps. XVIII, 15*)? Cogitationes meae variae succedunt sibi, et mens in diversa rapitur (*Job. XX, 2*), testimonium reddente conscientia, et inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus (*Rom. II, 15*): circumdederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meae (*Ps. XXXIX, 15*), et non potui ut viderem: meditatus sum nocte cum corde meo, et exercitabar, et scopobam spiritum meum: et non potui ut viderem (*Ps. LXXVI, 7*).

Pravum est cor omnium, et inserutabile: quis cognoscat illud? Dominus scrutans cor (*Jer. XVII, 9, 10*); vivus est enim sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti: et pertingens usque ad divisionem animae ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, et discretor cogitationum et intentionum cordis: et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus: omnia autem nuda et aperta sunt oculis ejus, ad quem nobis sermo (*Hebr. IV, 12, 13*).

Deus, tu scis insipientiam meam: et delicta mea a te non sunt abscondita (*Ps. LXVIII, 6*); tu quidem gressus meos dinumerasti: signasti quasi in saeculo delicta mea (*Job. XIV, 16, 17*).

Deus meus, illumina tenebras meas (*Ps. XVII, 29*): illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte (*Ps. XII, 4*). Responde mihi, quantas habeo iniquitates et peccata, scelera mea et delicta ostende mihi (*Job. XIII, 22, 23*).

Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsum.

Domine, vim patior, responde pro me. Quid dicam, aut quid respondebit mihi? Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae. Corripes me et virificabis me (*Isai. XXXVIII, 14, 15, 16*).

Responde mihi, quantas habeo iniquitates et peccata, scelera mea et delicta ostende mihi.

Quid dicam aut quid respondebit mihi?

Interroga teipsum (*Ecclesi. XVIII, 20*).

Tu nosti omne malum, cujus tibi conscius est cor tuum (*III Reg. II, 44*).

Ab intus enim de corde hominum male cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, avaritia, nequitiae, dolus, impudicitiae, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia (*Marc. VII, 21, 22*).

Furtum et fictio, corruptio et infidelitas, turbatio et perjurium, tumultus honorum, Dei immemoratio, animarum inquinatio, nativitatis immutatio, nuptiarum inconstantia, inordinatio moechiae et impudicitiae (*Sap. XIV, 25, 26*).

Veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, ira, rixae, dissensiones, sectae, invidia, homicidia, ebrietates, commensationes, et his similia (*Gal. V, 20, 21*).

Tu nosti omne malum, cujus tibi conscius est cor tuum: cor exercitatum avaritia (*II Pet. II, 14*): cor incredulum (*Jer. V, 25*): cor fere (*Dan. IV, 15*).

Tu nosti omne malum (*II Pet. II, 14*), Oculos plenos adulterii, et incessabilis delicti (*Gal. V, 16*), desideria carnis, passionis ignominiae, reprobum sensum (*Rom. I, 26, 28*).

Scit conscientia tua, quia et tu crebro male dixisti aliis (*Ecclesi. VII, 25*). Os tuum abundavit malitia: et lingua tua concinnabit dolos, sedens adversus fratrem tuum loquebaris, et adversus filium matris tuae ponebas scandalum (*Ps. XLIX, 19, 20*).

Tu nosti omne malum, cujus tibi conscius est cor tuum: Omnia, quae desideraverunt oculi mei, non negavi eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur (*Ecclesi. II, 10*).

II PUNCTUM. — *Variae dispositiones ad confessionem.*

Prima dispositio. — *Humilis agnitio peccatorum.*

Dicit Dominus (*Jer. XXII, 18, 21*): Haec est via tua ab adolescentia tua.

Apparuit ignominia tua (*Id., XIII, 26*): completa est iniquitas tua (*Ther. IV, 22*): discoperuit peccata tua.

Iniquitatem meam ego cognosco (*Ps. L, 5*).

Peccavi Domino (*II Reg., XII, 15*).

Pater, peccavi in caelum, et coram te (*Luc. XV, 18*).

Tibi soli peccavi (*Ps. I, 6*).

Peccavi nimis (*I Par. XXI, 8*).

Homo peccator sum, Domine (*Luc., V, 8*), ab infantia (*Marc. IX, 20*) assiduus in malis (*Ecclesi. XII, 5*): vir sanguinum, et vir Belial (*II Reg. XVI, 1*), animalis homo (*I Cor. II, 14*), comparatus juvenis insipientibus, et similis factus illis (*Ps. XLVIII, 15*).

Secunda dispositio. — *Salutaris peccatorum pudor.*

Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum? Quare

posuisti me contrarium tibi, et factus sum nihilmet-ipsi gravis (*Job. VII, 20*)? Tredet animam meam vitae meae (*Id., X, 1*). Tota die verecundia mea contra me est et confusio faciei meae cooperuit me (*Ps. XLIII, 16*).

Non est sanitas in carne mea a facie irae tuae: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum: quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum, et sicut onus grave gravatae sunt super me (*Ps. XXXVII, 4, 5*).

Dens meus, confundor et erubesco levare faciem meam ad te: quoniam delicta nostra creverunt usque ad caelum (*I Esd. IX, 6*). Tibi, Domine, justitia: nobis autem confusio faciei; Domine, nobis confusio: tibi autem Domino Deo nostro misericordia et propitiatio (*Dan. IX, 7-9*).

Tertia dispositio. — *Certa voluntas rite confitendi peccata.*

Peccavi, quid faciam? Qui abscondit scelera sua, non dirigitur; qui autem confessus fuerit, et reliquerit ea, misericordiam consequetur (*Prov. XXVIII, 15*). Dixi: Confitebor adversum me in iustitiam meam (*Ps. XXXI, 5*).

Pro anima tua non confundaris dicere verum; est enim confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gloriam et gratiam (*Ecclesi. IV, 24, 25*). Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam (*Jac. IV, 6*). Si confiteamur peccata nostra; fidelis est, et justus, ut remittat nobis peccata nostra, et emundet nos ab omni iniquitate (*I Joan. I, 9*).

Quarta dispositio. — *Integra penitentia peccatorum: ex omni parte.*

Peccavi, idcirco ipse me reprehendo (*Job. XLII, 6*): insipienter egi (*I Par. XXI, 8*).

Peccavi, et idcirco tadduit me vitae meae (*Ecclesi. II, 17*): unde cessavi, renuntiavique cor meum (*Ib., 20*).

Peccavi. Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea: factus sum quasi vir ebrius, et quasi homo madidus a vino a facie Domini (*Jer. XXIII, 9*).

Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum?

Cor contritum et humiliatum Deus non despicies (*Ps. L, 19*). Et nunc sequimur te in toto corde, et timemus te, et quaerimus faciem tuam (*Dan. III, 41*).

Peccavi. Redde tu nobis quicquid tibi placet: tantum tuae libera nos (*Judic. X, 15*). Ipse me reprehendo, et ago penitentiam in favilla et cinere (*Job. XLII, 6*), in cilicio (*Math. II, 21*), in jejuniis et in jejuniis (*Joel. II, 12*). Castigo corpus meum, et in servitium redigo (*I Cor. IX, 27*).

Et dixi: Nunc capsi: Haec mutatio dexterae Excelsi (*Ps. LXXVI, 11*).

Quinta dispositio. — *Fervens deprecatio pro peccatis.*

Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum?

Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine

animae meae (*Isai. XXXVIII, 15*): memoria memor ero, et tabescet in me anima mea (*Ther. III, 20*). Tu autem, Deus noster, suavis et verus es, patiens, et in misericordia disponens omnia (*Sap. XV, 4*). Ne meminere iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordia tuae: quia pauperes facti sumus nimis. Adjuva nos, Deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos: et propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum (*Ps. LXXVIII, 8, 9*).

Reminiscere miserationum tuarum, Domine, et misericordiarum tuarum, quae a seculo sunt. Delicta juventutis meae, et ignorantias meas ne memineris. Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam, Domine (*Ps. XXIV, 6, 7*).

Peccavi. Quantas habeo iniquitates (*Job. XIII, 25*)! Multiplicatae sunt super capillos capitis mei (*Ps. XXXIX, 15*). Tu autem, Domine, miserere mei (*Ps. XL, 11*). Miserere, mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam: et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam (*Ps. L, 5*).

Peccavi, quid faciam? Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei (*Ps. VI, 9*). Tu autem, Domine, ne longe facias miserationes tuas a me (*Ps. XXXIX, 12*).

Peccavi, quid faciam tibi? Et quid facies magno nominis tuo (*Josue VII, 6*)? Averte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele (*Ps. L, 11*). Ne avertas faciem tuam a me (*Ps. XVI, 9*). Respice in me, et miserere mei: quia unicus et pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt: de necessitatibus meis erue me. Vide humilitatem meam, et laborem meum: et dimitte universa delicta mea. Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt, et odio iniquo oderunt me (*Ps. XXIV, 16-19*). Disperde illos (*Ps. LIII, 7*). Libera me, et pone me juxta te, et cujusvis manus pignet contra me (*Job. XVII, 3*). Protector noster aspice, Deus: et respice in faciem Christi tui (*Ps. LXXXIII, 40*), qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me (*Gal. II, 20*).

Peccavi, quid faciam tibi? Cur non tollis peccatum meum, et quare non auferis iniquitatem meam (*Job. VII, 21*)? Obsecro, aufer iniquitatem servi tui (*I Par. XXI, 8*): et spiritum sanctum tuum ne auferas a me (*Ps. L, 15*).

Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum?

O custos hominum, custodi animam meam (*Ps. LXXXV, 2*).

O custos hominum, a resistibus dexterae tuae custodi me, ut pupillam oculi (*Ps. XVI, 8*).

O custos hominum, da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam: et custodiam illam in toto corde meo (*Ps. CXVIII, 54*).

O custos hominum, custodi in aeternum hanc voluntatem cordis, et semper in venerationem tui, mene ista permanet (*I Par. XXIX, 18*).

QUATUOR MEDITATIONES DE MORTE.

PRIMA MEDITATIO.

De prima mortis certitudine.

PRIMUM PUNCTUM. — Certum est te esse moriturum.

SUMMARIUM. — Tria sunt hujus veritatis principia. Primum: ratio naturalis, quæ probat id omne, quod est corruptioni obnoxium, corruptendum esse; secundum: fides, quæ docet Deum sententiam mortis in omnes homines tulisse; tertium: experientia evidens, quæ habetur de morte omnium hominum. Ex his tribus principis homo certissimam animo representat mortem.

Non est immortalis filius hominis (Eccli. XVII, 20); quoniam spiritus pertransibit in illo, et non subsistet (Ps. CII, 16). Ipsi in nobismetipsis responsum mortis habemus (II Cor. I, 9); corpus enim quod corrumpitur aggravat animam (Sap. IX, 15).

Omne corruptibile in fine deficiet (Eccli. XIV, 20). Mons cadens defluit, et saxum transfertur de loco suo. Lapidis excavant aque, et alluvione paulatim terra consumitur (Job. XIV, 18, 19). Quanto magis hi qui habitant domos lutæ, qui terrenum habent fundamentum, consumuntur (Id., IV, 19)? Mors necesse est intercedat (Hebr. IX, 16), terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur (II Cor. V, 1).

Omnis caro sicut fœnum veterascet, et sicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur, et alia deiciuntur: sic generatio carnis et sanguinis, alia finitur, et alia nascitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet (Eccli. XIV, 18-20). Omnia quæ de terra sunt in terram convertentur (Id., XL, 11). Omnia tempus habent, et suis spatiis transeunt universa sub celo. Tempus nascendi, et tempus moriendi (Eccli. III, 1, 2).

Statutum est hominibus semel mori (Hebr. IX, 27).

Deus creavit hominem inexterminabilem, et ad imaginem similitudinis suæ fecit illum: invidia autem diaboli mors intravit in orbem terrarum (Sap. II, 25, 24).

Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum; creavit enim, ut essent omnia: et sanabiles fecit nationes orbis terrarum: et non est in illis medicamentum exterminii, nec inferorum regnum in terra; justitia enim perpetua est, et immortalis. Iampii autem manibus et verbis accersierunt illam, et æstimantes illam amicam, deflexerunt, et sponiones posuerunt ad illam: quoniam digni qui sint ex parte illius (Id., I, 15, 14, 15, 16).

Dixit Dominus Deus Adæ: Quia audisti vocem uxoris tuæ, et comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, in sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram de qua sumptus es: quia pulvis es, et in pulverem revertaris (Gen. III, 15, 17, 19).

Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt (Rom. V, 12).

Statutum est hominibus semel mori. Dixit Dominus Deus.

Quis est homo qui vivet, et non videbit mortem (Ps. LXXXVIII, 49)? Nemo est qui semper vivat, et qui hujus rei habeat fiduciam (Eccli. IX, 4). Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis (Id. VIII, 8). Unus ergo introitus est omnibus ad vitam, et similis exitus (Sap. VII, 6).

Sum quidem et ego mortalis homo, similis omnibus (Id., I), Domine pater, et dominator vite mee (Eccli. XXXIII, 1), scio quia mori trades me, ubi constituta est domus omni viventi (Job. XXX, 25).

Sum ergo mortalis homo similis omnibus, qui quasi putoredo consumendus sum, et quasi vestimentum quod comeditur a tineâ (Id., XIII, 28).

Scio: Omnes morimur, et quasi aque dilabimur in terram, quæ non revertuntur (II Reg. XIV, 14).

Scio: quotidie morior (I Cor. XV, 51).

Scio: ecce enim breves anni transeunt, et semitam, per quam non revertar, ambulo (Job. XVI, 25). Spiritus meus attenuabitur, dies mei breviantur, et solum mihi superest sepulcrum (Id., XVII, 1). Recedet a me fortitudo mea, et deficiam (Judic. XVI, 17), eroque sicut ceteri homines.

Eroque sicut ceteri homines, sternens et vermis (I Mac. II, 62). Putredini dixi: Pater meus es, mater mea; et soror mea, vermis (Job. XVII, 14).

Eroque sicut ceteri homines, quorum non est nomen (Eccli. XLIV, 9).

Eroque sicut ceteri homines, et amplius non ero (Ps. XXXVIII, 14).

Scio: Ipsa natura docet (I Cor. XI, 14):

Fide intelligimus (Hebr. XI, 5):

Experimento didici (Gen. XXX, 27).

u zuxctv. — Variæ conclusiones eliciende ex hac veritate,

I n v a r i o m e d i t a n t i u m s t a t u .

Deficiet omnis caro simul, et homo in cinerem revertetur: Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur (Job. XXXIV, 15, 16).

Concludit senex, qui parum hactenus cogitavit de morte.

SUMMARIUM. — Concludit ex mortis vicinitate, quam sibi non debet dissimulare, renuntiandum esse omnibus negotiis hujus vite, ex qua nihil sibi superstit præter sepulcrum, et spem in Deum, cui vult deinceps vivere, parando se ad mortem cum fiducia divinæ misericordiæ.

Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur: Dominus prope est (Philip. IV, 5).

Adhuc modicum aliquantulum, qui venturus est, venit, et non tardabit (Heb. X, 37): prope est in januis (Math. XXIV, 35).

Non ætati nostre dignum est fingere (II Mac. VI, 24). Ruge meæ testimonium dicunt contra me (Job XVI, 9); cutis mea aruit, et contracta est (Id., VII, 5); caligavit ab indignatione oculus meus, et membra me quasi in nihilum redacta sunt (Id., XVII, 7); lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum; appropinquavit finis noster, completi sunt dies nostri, quia venit finis noster (Thr. IV, 18). Uno tantum (ut ita dicam) gradu, ego morsque dividimur (I Reg. XX, 5).

Unde cessavi, renuntiavitque cor meum ultra laborare sub sole (Eccli. II, 20).

Solum mihi superest sepulcrum (Job XVII, 1). Quid habet amplius homo de labore suo (Eccli. III, 9).

Dies mei velociter transierunt, quasi a textore tela succiditur, et consumpti sunt absque ulla spe (Job VII, 6).

Ei nunc que est expectatio mea? Nomen Dominus? et substantia mea apud te est (Ps. XXXVIII, 8). Deus in nomine tuo salvum me fac (Ps. LIII, 3).

Quæsi residuum annorum meorum (Isai. XXXVIII, 10), ut Deo vivam (Gal. II, 19).

Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, et ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porrige dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed peccata peccatis meis (Job XIV, 14-16).

Concludit senex, qui consenuit in peccatis suis.

SUMMARIUM. — Toto cogitat animo de salutis æternæ periculo in quo versatur, et de stultitia sua. Agnoscit necessitatem penitentiae ante mortem, eamque promittit promptam.

Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur: Hæc est sors tua (Is. LVII, 6). Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea (Prov. XXII, 6). Ossa ejus implebuntur vitis adolescentiæ ejus, et cum eo in pulvere dormient (Job XX, 11). Puer centum annorum morietur, et peccator centum annorum maledictus erit (Isai. LXV, 20). Cave tibi (Eccli. XIII, 16); complebantur universa hæc (Dan. XII, 7).

Audi quod dicitur (Eccli. III, 27): Cor durum habebit male in novissimo: et qui amat periculum in illo peribit.

Audi quod dicitur: Tres species odit anima mea, et aggravat valde animæ illorum, pauperem superbium, divitem mendacem, senem fatuum et insensatum (Id., XXV, 5, 4).

Audi, inveterate dierum malorum (Dan. XIII, 52). Stulte, hæc nocte animam tuam repetunt a te: quæ autem parasti, ejus erunt (Luc. XII, 20)?

Si habes ergo intellectum, convertere ad Dominum, et relinque peccata tua. In partes vade seculi sancti, cum vivis et dantibus confessionem Deo. Non demo-

S. S. XXXVII.

reris in errore impiorum, ante mortem coesistere. A mortuo quasi nihil, perit confessio. Confiteberis vivens, vivus et sanus confiteberis, et laudabis Deum, et gloriaberis in miserationibus illius (Eccli. XVII, 21, 25-27).

Ergo modum tempus habemus, operemur bonum (Gal. XI, 10): et vivat anima mea (Gen. XII, 15). Ut jam non desideris hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne vivat temporis. Sufficit enim prætorium tempus ad voluntatem gentium consummandam (I Petr. IV, 2, 5).

Concludit homo, qui timet mortem ejusque memoriam fugit.

SUMMARIUM. — Damnat in seipso timorem mortis, tum quia mors est communis omnibus, tum quia privat tantum eos vita brevi et misera. Agnoscit et ipse sibi commendat utilitatem quam habet frequens mortis memoria ad contemnendum mundi divitias, voluptates et gloriam; ad vitandum peccatum, ad disponenda negotia, ad exercenda opera charitatis et justitiæ.

Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur:

Noli metere judicium mortis. Momento que ante te fuerunt, et que superventura sunt tibi, hoc iudicium a Domino omni carni. Et quid superveniet tibi in beneplacito Altissimi? sive decem, sive centum, sive mille anni; non est enim in inferno accusatio vite (Eccli. XII, 5-7).

Noli timere iudicium mortis. Anni nostri sicut aranea mediantur. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni; si autem in potentibus octoginta anni: et amplius eorum labor et dolor (Ps. LXXXIX, 9, 10).

Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos (Ps. XXXIII, 15)? Quærat a mortuis veritatem (Deut. XVIII, 11). Ipse ad sepulcra ducetur, et in congerie mortuorum vigilabit (Job XXI, 52).

Audi quod dicitur, defunctus adhuc loquitur (Heb. XI, 4): Memor esto iudicii mei: sie enim erit et tuum; mihi heri, et tibi hodie (Eccli. XXXVIII, 25). Si habes ergo intellectum, memor esto quoniam mors non tardat (Ibid., XIV, 12).

Audi quod dicitur. Ego morior, quid mihi præderunt primogenita (Gen. XXV, 32).

Gustas gustavi paululum mellis, et ecce ego morior (I Reg. XIV, 45).

Si unus et solus et meus accusus erit, quis mihi prodest quod majorem sapientiam dedi operam (Eccli. II, 15)?

Si habes ergo intellectum, in omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in æternum non peccabis (Eccli. VII, 40).

Dispono domui tuæ, quia morieris tu et non vives (Is. XXXVIII, 1).

Ante mortem benefac amico tuo, et secundum vires tuas exporrigenas da pauperi. Non defrauderis a die bono, et particula boni doni non te prætereat. Nonne aliis relinques dolores et labores tuos in divisione sortis? Da et accipe, et justifica animam tuam. Ante

(Nouv.)

obitum tuum operare justitiam: quoniam non est apud inferos invenire cibum (Eccle. XIV, 15-17). Quod enimque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, non quo in properas (Eccle. IX, 10).

Concludit juvenis, qui etiam ex hypothesi duraturam vitam virtutem amplectitur.

SUMMARIUM. — Humanarum rerum vanitas, ratio Deo reddenda de earum usu. Impotentia senectutis ad serviendum Deo, sive propter defectum bonorum habituum, sive propter defectum bonorum habituum.

Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur.
Dulce lumen et delectabile oculis videre solem. Si annis multis vixerit homo, et in his omnibus lectatus fuerit, meminisse debet tenebris temporis, et dierum multorum: qui cum venerint, vanitatis arguentur praterita.

Lactare, juvenis, in adolescentia tua, et in bono sit cor tuum in diebus juventutis tue, et ambula in viis cordis tui, et in intuitu oculorum tuorum, et scito quod pro omnibus his adducet te Dominus in iudicium. Auffer iram a corde tuo et amove malitiam a carne tua. Adolescentia enim et voluptas vana sunt (Eccle. XI, 7-10).

Memento creatoris tui in diebus juventutis tue, antequam veniat tempus afflictionis, et appropinquet tibi, de quibus dicitur: Non mihi placeat.

Antequam tenebrescat sol, et luna, et stella, et revertantur nubes post pluviam.

Quando commovebuntur custodes domus, et nutabunt vili fortissimi, et otiose erunt molentes in minuto numero, et tenebrescent videntes per foramina.

Et claudant ostia in platea, in humilitate vocis molentis, et consurgant ad vocem volucris; et obsurdescent omnes filiae carminis.

Excelsa quoque timebunt et formidabunt in via, florebit amygdalus, impingebitur locusta, et dissipabitur capparitis: quoniam ibit homo in domum aeternitatis suae, et circuibunt in platea plangentes.

Antequam rumpatur funiculus argenteus, et recurat vitta aurea, et conteratur hydra super fontem, et confringatur rota super cisternam (Id., XII, 1-7).

Et revertatur pulvis in terram suam unde erat, et spiritus redeat ad Deum qui dedit illum.

Memento creatoris tui in diebus juventutis tue. Quae in juventute tua non congregasti, quomodo in senectute tua invenies (Eccle. XXV, 5).

II MEDITATIO.

De secunda mortis certitudine.

PRIMUM PUNCTUM. — Certum est te semel tantum moriturum esse,

SUMMARIUM. — Cum homo mortuus non reviviscat, neque bis moritur.

Putasne mortuus homo rursus vivat (Job XIV, 14)? Cur exierit spiritus, non revertetur (Sapient. XVI, 11).

Sicut consumitur nubes, et pertransit: sic qui descendit ad inferos non ascendit. Nec revertetur ultra in domum suam, neque cognoscat eum amplius locus ejus (Job VII, 9, 10).

Lignum habet spem: si praecisum fuerit, rursus virescit, et rami ejus pullulant. Si seuerit in terra radix ejus, et in pulvere emortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquae germinabit, et faciet coniam quasi cum primum plantatum est. Homo vero cum mortuus fuerit, et nudatus, atque consumptus, uli quaso est?

Quomodo si recedat aqua de mari et fluvius vacuifacatus arescat: sic homo cum dormierit, non resurget; donec alteratur caelum, non evigilabit, nec consurgat de somno suo (Id., XIV, 7-12). Umbra transitus est tempus nostrum, et non est reversio finis nostri: quoniam consignata est, et nemo revertitur (Sap. II, 5). Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quoacunque loco ceciderit, ibi erit (Eccle. XI, 3).

II PUNCTUM. — Eiusdem veritatis ratio redditur.

SUMMARIUM. — Ratio est divinae justitiae lex, a qua ut liberentur mortui, nihil debent expectare, sive a Deo, sive a medicis, sive a ministris Ecclesiae, sive a seipsis.

Statutum est hominibus semel mori (Heb. IX, 27).

Semel; ista est enim lex Adam (II Reg. VII, 19): ista est lex hominis qui moritur (Num. XIX, 14).

Magnus es, Domine, in aeternum, et in omnia saecula regnum tuum; quoniam tu flagellas et salvas: deducis ad inferos et reducis (Job. XIII, 1, 2).

Numquid mortuis facies mirabilia? Aut medici suscitabant, et confitebantur tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, et veritatem tuam in perditione?

Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, et justitia tua in terra oblivionis (Ps. LXXXVII, 11-15)?

Ipsi dicunt: Aruerunt ossa nostra, et perit spes nostra, et abscissi sumus (Ezech. XXXVII, 11).

III PUNCTUM. — Hujus veritatis consequentia.

SUMMARIUM. — Prima consequentia, mortis peccatorum infelicitas, qualem vidimus et audivimus in multis, et a qua nos sola potest liberare poenitentia. Secunda consequentia, justorum mortis felicitas, ad quam sola vita christiana nos deducere potest.

Statutum est hominibus semel mori.

Semel; si habes ergo intellectum, audi quod dicitur. Mors peccatorum pessima (Ps. XXXIII, 22). Veniat mors super illos: et descendant in infernum viventes (Ps. LIV, 16).

Cognoscentur Dominus iudicia faciens (Ps. IX, 17). Quanta audivimus et cognovimus ea (Ps. LXXXVII, 5).

In operibus manuum suarum comprehensus est peccator (Ps. IX, 17). Ecce mortuus est in iniquitate sua (Ezech. XVIII, 18).

Mortuus est dives, et sepultus est in inferno (Luc. XVI, 22).

Oculus est os ejus, et dissolutus est paralyticus: nec ultra potuit loqui verbum, et mandare de domo

sta, et inioratus est eum tormento magno (I Mac. IX, 55, 56).

Servi ejus perusserunt eum, et mortuus est (IV Reg. XII, 21).

Occisa est gladio (Id., XI, 20).

Videntes quod nullus aperiret, tulerunt clavem: et aperientes invenerunt dominum suum in terra jacentem mortuum (Judic. III, 25).

Occisus est cum Madianitide (Num. XXV, 14).

Mortuus est in peccatis suis (III Reg. XVI, 18, 19).

Audivi frequenter talia (Job XVI, 2).

Putasne mortuus homo rursus vivat? Non est reversio (Sap. II, 5). Non mortui laudabunt te, Domine, neque omnes qui descendunt in infernum, sed nos qui vivimus, benedicimus Domino, ex hoc nunc et usque in saeculum (Ps. CXIII, 17, 18).

Benedicimus Domino. Peccavimus, imple egimus, inique gessimus, Domine Deus noster, in omnibus justitiis tuis: avertatur ira tua a nobis. Respice, Domine, de domo sancta tua in nos, et inclina aurem tuam, et exaudi nos. Aperi oculos tuos, et vide: quia non mortui, qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est a visceribus suis, dabunt honorem et justificationem Domino; sed anima, quae Irlis est super magnitudine mali, et incedit curva, et infirma, et oculi deficientes, et anima esuriens dat tibi gloriam et justitiam Domino (Bar. II, 12, 13, 16-18).

Statutum est hominibus semel mori.

Semel; si habes ergo intellectum, audi quod dicitur:

Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodo jam dicti spiritus, ut requiescant a laboribus suis; opera enim illorum sequuntur illos (Apoc. XIV, 13).

Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus (Ps. CXV, 15).

Quis det ut veniat petitio mea: et quod exspecto, tribuat mihi Deus (Job VI, 8). Moriatur anima mea morte justorum, et fiant novissima mea horum similis (Num. XXIII, 10).

Confortare igitur, et esto robustus valde: ut custodias et facias omnem legem (Josue I, 7); ut ambules in via bona: et calles justorum custodias (Prov. II, 20);

Quia pro anima res est (I Mac. XII, 51).

Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus; Quia pro anima res est.

Statutum est hominibus semel mori; ergo dum tempus habemus, operemur bonum (Gal. VI, 10);

Quia pro anima res est.

Abnegantes impietatem et secularia desideria, sobrie, et juste, et pie vivamus in hoc saeculo, expectantes beatam spem, et adventum gloriae magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi (Tit. II, 12, 13);

Quia pro anima res est.

III MEDITATIO.

Incertum est quando sis moriturus.

PRIMUM PUNCTUM. — Exponitur haec veritas per colloquium hominis et Christi.

HOMO.

SUMMARIUM. — Homo ignorans tempus suae mortis,

anxietatem suam exponit Christo, animo quidem, ut videtur, poenitendi et bene vivendi.

Domine, qui vitam et mortis habes potestatem, et deducis ad portas mortis et reducis (Sap. XVI, 13), breves dies hominis sunt, numerus mensium ejus apud te est: constituiti terminos ejus, qui praeteriri non poterant (Job XIV, 5). Notum fac mihi, Domine, finem meum, et numerum dierum meorum qui sunt, ut sciam quid desit mihi. Ecce mensurabiles possidisti dies meos: et substantia mea tanquam nihilum ante te (Ps. XXXVIII, 5, 6).

Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum: antequam vadam, et non revertar ad terram tenebrosam et operam mortis caligine, terram miseriae et tenebrarum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat (Job X, 20-22). Exaudi orationem meam, Domine, et deprecationem meam: auribus percipe lacrymas meas. Ne sileas, quoniam advena ego sum apud te et peregrinus, sicut omnes patres mei. Remitte mihi, ut retrogerer priusquam abeam, et amplius non ero (Ps. XXXV, 15, 14).

CHRISTUS.

SUMMARIUM. — Christus homini declarat rationem hujus ignorantiae, necessitatem preparandi se vigilanter ad mortem, felicitatem eorum qui sic vigilaverint, illius autem qui secus egerit, infelicitatem. Denique affirmat se venturum esse ad omnes, ut dominum, qui venit quando vult, nec resistitur illi; ad multos ut scirem qui vult incautos spoliare et perdere; ad aliquos ut sponsum qui expectandus est cum fideitate et amore.

Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate (Act. I, 7). De die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in caelo, neque Filius, nisi Pater (Marc. XIII, 32).

Videte, vigilate et orate: nescitis enim quando tempus sit; sicut homo qui peregre profectus, reliquit domum suam, et dedit servis suis potestatem cuiusque operis, et janitori praecipit ut vigilet. Vigilate ergo (nescitis enim quando dominus domus veniat, sero, an media nocte, an galli cantu, an mane): ne cum venerit repente, inveniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilate (Ibid., 33-37). Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam (Math. XXV, 13).

Estote parati, quia hora non putatis, filius hominis veniet (Luc. XII, 40). Sint umbrae vestri precineti, et lucernae ardentes in manibus vestris, et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis: ut cum venerit et pulsaverit, confusum aperiant ei. Servi servi illi, quos, cum venerit dominus, invenerit vigilantes: amen dico vobis quod praeciget se, et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, et si in tertia vigilia venerit, et ita invenerit, beati sunt servi illi (Ibid., 33-38).

Si autem dixerit malus servus in corde suo: Moram facit dominus meus venire, et cœperit percutere conservos suos, manducare autem et bibat cum ebriosis: veniet dominus servi illius in die qua non sperat, et hora qua ignorat. Et dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis, illic erit fletus et stridor dentium. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit (Math. XXIV, 48-52). Habeo claves mortis, et inferni (Apo. I, 18); aperiet, et non erit qui claudat: et claudet, et non erit qui aperiat (Isai. XXII, 32). Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora for venturus esset, vigilaret utique, et non sineret perfoi domum suam. Ideo et vos estote parati, quia quæ nescitis hora Filius hominis venturus est (Math. XXIV, 43, 44). Habeo claves mortis et inferni (Apo. I, 18). Veniam ad te tanquam fur, et nescies qua hora veniam ad te (Id., II, 5). Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, et custodit vestimenta sua, ne nudus amblet, et videant turpitudinem ejus (Id., XXI, 15).

Simile erit regnum colorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso, et sponse. Quinque autem ex eis erant fatuæ, et quinque prudentes: sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpservunt oleum secum. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virginibus illic, et quæ paratæ erant intraverunt cum eo ad nuptias, et clausa est janua. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam (Math. XXV, 1-5, 7, 10, 15).

SUMMARYUM. — Homo vigilantiam promittit, et petit.

De mane vigilabo ad te (Is. XXVI, 9). Cunetis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, et ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram (Job XIV, 14, 15). Fiat, fiat (Ps. LXXXVIII, 55).

Respice et exaudi me Domine Deus meus. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum (Ps. XII, 4, 5).

Vocabis me, et ego respondebo: Expectabo Deum salvatorem meum: audiet me Deus meus (Mich. VII, 7).

Veni Domine Jesu, expectabo Deum salvatorem meum (Apo. XXII, 20).

Veni Domine Jesu, secundum voluntatem tuam expectabo (Job. III, 6).

Vocabis me, et ego respondebo tibi: Ecce sponsus venit (Math. XXV, 6).

Respondebo tibi: Dominus lux mea (Mich. VII, 8). Consurgam, cum sedero in tenebris: Dominus lux mea (Id.).

Veni Domine Jesu, secundum voluntatem tuam fac mecum et præcipe, in pace recipi spiritum meum (Job. III, 6).

PUNCTUM. — Ex ignorantia temporis mortis, sibi fabricantur errorum impij, quo decepti moriantur improviso.

SUMMARYUM. — In hac terribili ignorantia impij omnia se arbitrantur securos, quasi pactum fecerint cum morte; alij quidem vitam, quam sibi brevem fingunt, voluptatibus impendentes: alij vero vitam quam eis longiorem promittunt, curis terrenis consumentes: unde concluditur, fideles christianos qui filij sunt lucis, vigilare debere, ne improviso moriantur.

Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis (Eccl. VIII, 8). Nescit homo finem suum; sed sicut pisces capiuntur hamo, et sicut aves liquo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis exemplo supervenerit (Id. IX, 12).

Propter hoc audite verbum Domini viri illusores; dixistis enim: Percussimus sœdus cum morte, et cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit, non venit super nos. Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Delebitur sœdus vestrum cum morte, et pactum vestrum cum inferno non stabit: flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculationem (Isai. XXVIII, 14-16, 18).

Audite verbum Domini viri illusores; dixistis enim. Exiguum et cum tædio est tempus vite nostræ: venite ergo, et fruamur bonis quæ sunt, et utamur creatura tanquam in juventute cœlerit; vino pretioso et unguentis nos impleamus, et non pretereat nos flos temporis; coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra; nemo nostrum exors sit in virgine nostræ: ubique relinquamus signa lætitiæ (Sep. II, 1, 6-9).

Dixistis: Idcirco hæc dicit Dominus: Veniat mors super illos, et descendant in infernum viventes (Ps. LIV, 16).

Intelligite insipientes in populo, et stulti aliquando sapite (Ps. XCIII, 8). Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit: arcum suum tendent, et paravit illum; et in eo paravit vasa mortis (Ps. VII, 15, 14).

Audite verbum Domini, viri illusores. Hominis ejusdam divitis uberes fructus ager attulit: et cogitabat intra se dicens: Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: destruam horrea mea, et majora eorum: et illic congregabo omnia quæ nata sunt mihi, et bona mea. Et dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hæc nocte animam tuam repetant a te: quæ autem parasti, cuius erant (Luc. XII, 16-20).

Audite verbum Domini, viri illusores. Hæc dicit Dominus: Ecce venio sicut fur (Apo. XVI, 15). Dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet; cum enim dixerint pax, et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus, sicut dolor in utero habenti, et non effugiet. Audite, viri illusores: Et non effugiet (I Thess. V, 2, 3).

O insensati, quis vos fascinavit non obedire veritati (Gal. III, 1)? Decepistis animas vestras (Jer. XLII, 20), moriemini in peccatis vestris (Gen. VIII, 21).

Vos autem non esitis in tenebris, ut vos dies illa tanquam fur comprehendat; omnes enim vos filij lucis esitis, et filij diei: non sumus nocis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut et ceteri, sed vigilemus, et sobrii simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt; nos autem qui diei sumus, sobrii simus, indui lorica fidei et charitatis, et galeam spem salutis: quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Je-sum Christum, qui mortuus est pro nobis: ut sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum illo vivamus (I Thess. V, 4-10).

IV MEDITATIO.

Mortem esse regulam judicii nostri in æstimandis rebus humanis.

PUNCTUM. — Primus regulæ usus.

SUMMARYUM. — Mors est magistra sapientiæ, et vanitatem hominis arguit; separat enim illum ab hoc mundo universo.

Sapientia ubi invenitur? et quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretium ejus, nec invenitur in terra suaviter viventium. Perditio et mors dixerunt: Auribus nostris audivimus famam ejus (Job XXVIII, 12, 13, 22). O mors, bonum est judicium tuum! (Eccl. XII, 5).

Si annis multis vixerit homo, et in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, et dierum multorum: qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita (Eccl. XI, 8).

Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miserijs (Job XIV, 1); et nescit quod tempus præterit, et mors appropinquet, et relinquat omnia alijs, et morietur (Eccl. XI, 20).

Siccine separat amara mors?

O mors, bonum est judicium tuum!

Vanitatis arguentur præterita (I Rey. XV, 52).

PUNCTUM. — Secundus regulæ usus.

Mors separat ab omni bono jucundo.

Impij vivunt, sublevari sunt, confortatique divitis. Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba et nepotum in conspectu eorum. Domus eorum securæ sunt et pacatæ, et non est virga Dei super illas. Bos eorum concepit, et non abortivit: vacca peperit, et non est privata foetu suo. Egrediuntur quasi græges parvuli eorum, et infantes eorum exultant lusuibus. Tenent tympanum et citharam, et gaudent ad sonitum organij. Dnecunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendant (Job XXI, 7-13).

Siccine separat amara mors?

O mors, bonum est judicium tuum!

Vanitatis arguentur præterita.

PUNCTUM. — Tertius regulæ usus.

Mors separat ab omnibus divitijs.

O mors, quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis, viro quieto, et cuius via

directæ sunt in omnibus, et adhuc valenti accipere cibum (Eccl. XII, 1, 2)?

O mors, quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis! Cum dives factus fuerit homo, et cum multiplicata fuerit gloria domus ejus: cum interierit, non sumet omnia, neque descendat cum eo gloria ejus (Ps. XLVIII, 17, 18); cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, et nihil inveniet (Job XXVII, 19). Sicut egredius est nudus de utero matris suæ, sic revertetur, et nihil auferet secum de labore suo. Miserabilis prorsus infirmitas! quomodo venit, sic revertetur. Quid ergo prodest ei quod laboravit in ventum (Eccl. V, 14, 15).

Siccine separat amara mors?

O mors, bonum est judicium tuum!

Vanitatis arguentur præterita.

PUNCTUM. — Quartus regulæ usus.

Mors separat ab omni honore et gloria.

Homo cum mortuus fuerit, et nudatus, atque consumptus, ubi quæso est (Job XIV, 10)? Ubi est literatus? ubi legis verba ponderans? ubi doctor parvulorum (Isai. XXXIII, 18)? ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquistor hujus seculi (I Cor. I, 20)? Ubi nunc tant (Is. XIX, 12)?

Ubi est rex Emath, et rex Arphad, et rex urbis Sepharvaim, Ana et Ava (Id., XXXVII, 15)? Ubi sunt principes gentium, et qui dominantur super bestias quæ sunt super terram? Qui in avibus cœli ludunt, qui argentum thesaurizant, et aurum, in quo confidunt homines, et non est finis acquisitionis eorum? Qui argentum fabricant et solliciti sunt, nec est inventio operum illorum? Exterminati sunt, et ad inferos descenderunt, et alij loco eorum surrexerunt. Ubi nunc sunt? Exterminati sunt, et ad inferos descenderunt. Siccine separat amara mors? O mors, bonum est judicium tuum! Vanitatis arguentur præterita (Bar. III, 16-19).

PUNCTUM. — Quintus regulæ usus.

Mors omnes homines confundit indiscriminatum.

Homo cum mortuus fuerit, nudatus atque consumptus, ubi quæso est?

Congregatus est ad populum suum (Gen. XXV, 8): ubi umbra mortis, et nullus ordo (Job X, 22), nulla erit distinctio personarum (Deut. I, 17). Parvus et magnus ibi sunt, et servus liber a domino suo (Job III, 19), simul in unum dives et pauper (Ps. XLVIII, 5). Non erit memoria sapientis, similiter ut stulti: moritur doctus, similiter ut indoctus (Eccl. II, 16). Iste moritur robustus et sanus, dives et felix; alius vero moritur in amaritudine animæ absque ullis opibus. Et tamen simul in pulvere dormiunt, et vernies operient eos (Job XXI, 25, 25, 26).

Ad vos ergo, reges, sicut hi sermones (Sap. VI, 10), optimates capita populorum (Amos VI, 1), reges, principes, et omnes iudices terræ (Ps. CXLVIII, 11); dii estis, et filij Ebedi omnes: vos autem sicut homines moriemini (Ps. LXXXI, 6, 7).

Unus ergo interitus est omnibus ad vitam, et similis exitus (Sap. VII, 6).

O mors, bonum est iudicium tuum!
Vanitas arguentur præterita.

VI PUNCTUM. — Sextus regula usus.
Mors denique separat hominem a se ipso.

Homo cum mortuus fuerit, nudatus, atque consum-
ptus, ubi quæso est?

Ubi quæso est a se mutuo separatus (Esth. III, 8)?
Ubi est anima et corpus (I Thess. V, 23)?

Corpus? quasi sterquilinum in fine perdetur, et qui
eum viderant, dicunt: Ubi est (Job XX, 7)? cum
enim morietur homo, hereditabit serpentes, et he-
stias, et vermes (Eccli. X, 15).

DUÆ MEDITATIONES DE JUDICIO PRIVATO.

PRIMA MEDITATIO.

De natura hujus iudicii.

PRIMUM PUNCTUM. — De hoc ipso iudicio.

SUMMARIUM. — Iudicii, necessitas petitur ex gloria et
iustitia Jesu Christi; ejus materia omnia hominis
opera, quæ maxime putenda, quæ occultissima, quæ
cordi intima, quæ visa sunt levissima, aut maxime
indifferencia, etiamque optima.

Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem
iudicium (Heb. IX, 27). Omnes stabimus ante tribu-
nal Christ: scriptum est enim: Vivo ego, dicit Do-
minus, quoniam mihi flectetur omne genu, et omnis
lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum
pro se rationem reddet Deo (Rom. XIV, 10-12):
Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal
Christi, ut referat unusquisque propria corporis,
prout gessit, sive bonum, sive malum (II Cor. V, 10).
Omnes; non enim subtrahet personam cujusquam
Deus, nec vereligit magnitudinem cujusquam: quo-
niam pusillum et magnum ipse fecit (Sap. VI, 8).

In fine hominis denudatio operum illius (Eccli. XI,
29); cuncta que sunt adducet Deus in iudicium pro
omni errato, sive bonum, sive malum illud sit (Ec-
cle. XII, 14).

Hæc dicit Dominus: Judicabo te juxta vias tuas, et
ponam contra te omnes abominaciones tuas. Et non
parcet oculus meus super te, et non miserebor: sed
vias tuas ponam super te, et abominaciones tuas
in medio tui erunt: et scietis quia ego Dominus
(Ezech. VII, 2, 3, 4); ego sum scrutans renes et
corda: et dabo unicuique vestrum secundum opera
sua (Apoc. II, 23).

Scrutabor Jerusalem in lucernis (Saph. I, 12);
nihil enim est operum, quod non revelabitur, et oc-
cultum, quod non scietur (Math. X, 36).

Scrutabor, pertingens usque ad divisionem animæ ac
spiritus, compagum quoque ac medullarum, et disere-
tor cogitationum et intentionum cordis (Heb. IV, 12).

Scrutabor: quoniam omne verbum otiosum, quod

Anima? Anima vero, quoniam adversus Dominum
rebellis fuit, peribit de populo suo (Num. XV, 30);
verbum enim Domini contempsit, et præceptum illius
fecit irritum: idcirco delebitur, et portabit iniquita-
tem suam (Ibid., 31).

Siccine separat amara mors? O mors, bonum est iu-
dicium tuum!

Vanitatis arguentur præterita.

Filii hominum usquequo gravi corde? Ut quid dili-
gitis vanitatem et quaritis mendacium (Ps. IV, 5)?
Quid enim prodest homini si mundum universum lu-
cretur, animæ vero suæ detrimentum patiat? aut
quam dabit homo commutationem pro anima sua
(Math. XVI, 26)?

locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die
iudicii (Math. XII, 36).

Scrutabor: ego iustitias iudicabo (Ps. LXXIV, 2),
præsumentes de se, et de sua virtute gloriantes
(Judith VI, 15), qui in se confidebant tanquam
justi, et aspuebantur cæteros (Luc. XVIII, 9). Vos
estis qui justificatis vos coram hominibus: Deus au-
tem novit corda vestra: quia quod hominibus altum
est, abominatio est ante Deum (Id., XVI, 15).

Hæc dicit Dominus: Statutum est hominibus semel
mori: post hoc autem iudicium; tempus omni rei tunc
erit (Eccli. III, 17). Beatus vir cui non imputavit
Dominus peccatum (Ps. XXXI, 2): beatus qui in-
veniens est sine macula. Quis est hic (Eccli. XXXI,
8, 9)? Quis erit (Judic. XX, 18)? Quis ego sum,
aut quæ est vita mea (I Reg. XVIII, 18)?

II PUNCTUM. — De iudice.

SUMMARIUM. — Iudex Christus est vere Deus, apud
quem cum nihil sit metuendum, quid erunt impius et
peccator? Christus est, beneficus redemptor, adeoque
jure timendus; coque magis quod ex redemptore fac-
tus inimicus malos male perdet.

Scimus qui dixit: Mihi vindicta, et ego retribuam.
Horrendum est incidere in manus Dei viventis (Heb. X,
30, 31).

Exaltabitur Dominus exercituum in iudicio, et
Deus sanctus sanctificabitur in iustitia (Is. V, 16).
Sanctus et fortis emulato est, nec ignoscet sceleri-
bus vestris atque peccatis (Jos. XXIV, 19).

Numquid justificari potest homo comparatus Deo,
qui apparere mundus natus de muliere? Ecce, luna
etiam non splendet, et stellæ non sunt mundæ in
spectu ejus: quanto magis homo puerile, et fi-
lius hominis vermis (Job XXV, 4, 5, 6)? Ecce, in-
ter sanctos ejus nemo immutabilis, et cæli non sunt
mundi in conspectu ejus: quanto magis abominabilis
et inutilis homo qui bibit quasi aquam iniquitatem
(Id., XV, 15, 16)? Horrende et cito apparet vobis,
quoniam iudicium durissimum (Sap. VI, 6): quæ

niam Deus iudex est (Ps. LXXIV, 8) sanctus Domi-
nus Deus noster (Ps. XCVIII, 9). Iustus et impius
iudicabit (Eccli. III, 17); et si iustus vix salvabitur,
impius et peccator ubi paribit (I Petr. IV, 18)?

Scimus qui dixit: Mihi vindicta; omne iudicium de-
dit Filio, ut omnes honorificent Filium (Joan. V, 22,
23). Ipse est qui constitutus est a Deo iudex vivorum et
mortuorum (Act. X, 42), qui mortuus est pro nobis.
Horrendum est incidere in manus Dei viventis, qui mor-
tuus est pro nobis (I Thess. V, 10).

Irritam quis faciens legem Moysi sine ulla misera-
tione, duobus vel tribus testibus moritur: quanto
magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium
Dei contulerit, et sanguinem testamenti pollutum
duxerit, in quo sanctificatus est, et Spiritui gratiæ
contumeliam fecerit? Horrendum est incidere in ma-
nus Dei viventis, qui mortuus est pro nobis (Heb. X,
28, 29); qui dedit semetipsum pro peccatis nostris,
ut eriperet nos de presenti seculo nequam (Gal. I,
4); qui dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris in
sanguine suo (Apoc. I, 5).

Sanguine suo redemit de maledicto legis, factus
pro nobis maledictum. Ipse est qui constitutus est a
Deo iudex vivorum et mortuorum (Gal. III, 15). Hor-
rende et cito apparet vobis (Sap. VI, 6); factus
velut inimicus (Thr. II, 5), malos male perdet
(Math. XXI, 41), inimicos crucis (Philipp. III, 18),
rursus crucifigentes sibi metipsos Filium Dei, et ostenti-
um habentes (Heb. VI, 6). Tunc dicit: Discedite a
me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est dia-
bolo et angelis ejus (Matth. XXV, 41).

Gravatis sententia (Dan. II, 15)! — Quis non ti-
mebit te, o rex gentium (Jer. X, 7), magne, fortis,
et terribilis (II Esdr. IX, 32)?

Crudelis sententia! — Convertimini, filii hominum
(Ps. LXXXIX, 5): fugite a facie gladii, quoniam ul-
tor iniquitatum gladius est, et scitote esse iudicium
(Job XIX, 29). Cum metu et tremore vestram salu-
tem operamini (Philipp. II, 12).

III PUNCTUM. — De reo.

SUMMARIUM. — Agnoscit homo nihil, ut sit in iudicio
hominum, valere posse pro se in hoc iudicio: non
rationem et fortitudinem ad tuendum se, non sapien-
tiam ad quidquam celandum, non excusationes et
preces, non innocentiam reputatam, non patroni ul-
tius opem, non alicujus teritii arbitrium, non spem
ullam aliter satisfaciendi iudici, non repetendi iudicii
rationem aliquam.

Dominus dixit: Numquid irritum facies iudicium
meum? et condemnabis me, ut tu justificeris? Et si
habet brachium sicut Deus, et si voce simili tonas
(Job. XL, 1, 5, 4), quis resistere potest vultui meo?
Non paream ei, et verbis potentibus et ad deprecandum
compositis (Id., XXI, 1, 5).

Dominus, qui vitæ et mortis habes potestatem, tuam
manum effugere impossibile est (Sap. XVI, 15, 15).
Utinam sic iudicaretur vir cum Deo quomodo iudica-
tur filius hominis cum collega suo (Job XVI, 22).

Neque enim viro, qui similis mei est, respondebo:
nec qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri. Si
fortitudo queritur, robustissimus est (Id., IX, 52,
19). Numquid timens arguet te, et veniet tecum in
iudicium, et non propter malitiam tuam plurimam,
et infinitas iniquitates tuas (Id., XXII, 4, 5)? Deus
cujus iræ nemo resistere potest, et sub quo curvan-
tur qui portant orbem: quantus ergo ego sum, ut re-
spondeam ei, et loquar verbis meis cum eo? Vere scio
quod ita sit, et quod non justificetur homo composi-
tus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit
ei respondere unum pro mille (Id., IX, 15, 14, 2, 3).

Ecce, Domine, tu cognovisti omnia (Ps. CXXXVIII,
5); scio quia omnia potes, et nulla te laet cogitatio.
Quis est isto qui celat consilium absque scientia
(Job XLII, 2, 3)? Non sunt tenebræ, et non est nu-
bera mortis, ut abscondantur ibi qui operantur iniqui-
tatem (Id., XXXIV, 22). Ecce enim in celo testis
meus et conscius meus in excelsis (Id., XVI, 20). Ego
sum iudex et testis, dicit Dominus (Jer. XXIX, 25).

Etiamsi habero quiddam iustum, non respon-
debo, sed meum iudicem deprecabor. Et cum invo-
cantem exaudierit me, non credo quod audierit vo-
cem meam. Si justificare me voluero, os meum
condemnat me: si innocenter ostendero, pravum
me comprobabit. Etiamsi simplex furor, hoc ipsum
ignorabit anima mea, et tædebit me vita mea
(Job IX, 15, 16, 20, 21).

Quis non timebit te, Domine (Apoc. XV, 4)? Si
lotus fuero quasi aquis nivis, et fulserint velut mun-
dissima manus meæ: tamen sordibus ininges me
(Job IX, 30, 31).

Unde veniet auxilium mihi (Ps. CXX, 1)? Voca-
ergo, si est qui tibi respondeat, et ad aliquem san-
ctorum convertere (Job V, 1). Si fuerit angeus
loquens unis de millibus, et annuntiet hominis
aquitatem: miserabitur ejus, et dicit: Libera eum,
ut non descendat in corruptionem: invenit in quo ei
propitius (Id., XXXIII, 25, 24).

Infelix ego homo (Rom. VII, 24)! Nemo audeat pro
me testimonium dicere. Non est qui utrumque vocatim
arguere, et ponere manum suam in ambobus (Job
IX, 19, 33).

Impossibile est renovari ad penitentiam (Heb.
VI, 4, 6). Jam non relinquatur pro peccatis hostia;
terribilis autem quedam expectatio iudicii, et ignis
æmulatio, quæ consumptura est adversarios (Id., X,
26, 27).

Neque ultra in hominis potestate est, ut veniat ad
Deum in iudicium (Job XXXIV, 25).

CONCLUSIO MEDITATIONIS.

Excitatus se homo ad timorem Dei.

Quomodo mente tractavi, sic eveniet (Is. XIV,
24, 25). Metamurus Dominum Deum nostrum (Jer.
V, 24). Præoccupemus faciem ejus in confessione
(Ps. XCIV, 2). Beatus homo qui donatum est habere
timorem Dei (Eccli. XXV, 15); beatus homo qui
semper est pavidus (Prov. XXVIII, 14). Domine,